Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36571
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Anno cesaris augusti quadragesimo secundo a morte cleopatre et antonii
quando et egyptus in provinciam versa est anno .xx^mo^.vii^mo^. olimpiadis cen
tesime nonagesime tercie. anno tertio. ab urbe autem condita anno .dcc^mo^.
quinquagesimo secundo idem est anno quo compressis per orbem terrarum cuncta
rum gentium motibus firmissimam verissimamque pacem ordinatione dei cesar
composuit. Ihesus christus filius dei sextam mundi etatem suo consecravit adventu.
Anno imperii augusti .xl^mo^.vi^to^. herodes morbo intercutis aque et scatentibus
toto corpore vermibus miserabiliter et digne moritur. Pro quo substitutus ab
augusto filius eius archelaus regnavit annis .viiii. idem ad ipsius augusti fi
nem. Tunc enim non ferentibus ultra et accusantibus apud augustum ferocitatem eius
iudeis. in viennam urbem gallie relegatur. Ad minuendam iudaici regni po
tentiam insolentiamque domandam. quattuor fratres eius pro eo sunt tetrarche creati.
herodes. antipater. lysias. phylippus. Quorum phylippus et herodes qui
antipas prius nuncupabatur etiam vivente archelao tetrarche fuerant or
Tyberius privignus augusti hoc est lybie iii.dcccc.lxxx. dinati.
uxoris eius filius ex superiore genitus coniuge regnavit annis .xx. tribus.
Huius anno .xii^mo^. pylatus iudee procurator ab eodem dirigitur. Herodes tetrar
cha qui iudeorum principatum tenet annos .xx.iiii. in honore tyberii et ma
tris eius lybie. tyberiadem condidit et lybiadem. iii.dcccc.lxxx.i.
Anno .xv^to^ ^mo^. imperii tyberii dominus post baptismum quod predicavit iohannes mundo
regnum celorum annunciat. peractis a mundi principio secundum hebreos annis ut
eusebius in cronicis suis scribit .iiii^or^. milibus annotando quod .xvi^o^. anno ty
berii principium fuerit .lxxx^mi^.i. iubilei secundum hebreos. Quarum autem nostra suppu
tatio inde .xx. minus ponendos estimaverit ponendos annos. facile quisque
superiora huius libelli legerit inveniet. Iuxta cronicam vero eadem que ipse eu
sebius de utraque editione ut sibi videbatur composuit annis .v. milia .cc.xx.viii.
Anno octavo decimo imperii tyberii dominus sua iii.dcccc.lxxx.iii.
passione mundum redemit. et predicaturi per iudee regiones apostoli iacobum
fratrem domini hierosolimis ordinant episcopum. Ordinant et septem diaconos.